



DE UNICORNU. 113

realium instaurator, cui eo nomine & posterioris debebunt & praesentis saeculi erectiores mentes, & anteriorum temporum credula industria invidebit, quod fictis Unicornu vultibus detractis, & dentem vario argumentorum apparatu demonstrarit, & primus belluae aggressus sit Anatomiam. Cujus in hac Naturae obscuritate Dissertationem, eruditionis plenam & clari luminis, hic duxi apponendam, quam Corollarii loco in solemnibus Disputatione Anno 1638. quo de Cornu illo Groenlandico inter mercatores Hafnienses orta erat controversia, velut aequissimus arbiter publice interposuit.

An os illud quod vulgo pro cornu Monocerotis venditatur, verum sit Unicornu?

Illa intelligimus ossa quae figura recta, oblonga, tereti, inferiori parte crassiora, paulatim in mucronem gracilescunt, levibus
CANA-